

dominus verisimiliter pro tali pretio eas recuperasset.

Item adde quid faciendum, si fur constetur furtum, & dicat se pecuniam furatam abscondisse modò in uno, modò in alio loco, & non reperiat; de quo vide Farinac. quest. 2. n. 15.

CAPUT A I.

De injuria.

SUMMARI A.

- 1 Injuria potest fieri per scripturam, & ille qui eam facit, pœnâ mortis punitur.
- 2 Injuria fit alicui verbo tantum, & ad hoc ut puniatur, an requiratur, quòd ille, qui profert verba injuriosa, verum dicat?
- 3 Falsò fit injuria, & qua pœna puniatur?
- 4 Quibus modis injuria aggravatur, & dicitur atrox?
- 5 Per quas personas fiat alicui injuria?
- 6 An injuria facta famulo vel familiari, videatur facta domino.
- 7 Quæ sit pœna injuria, & an possit civiliter & criminaliter puniri, qui alium offendit?
- 8 Arbitrium iudicis, an extendatur ad imponendam pœnam mortis?
- 9 An possit quis pro injuria agere ad expensas, & interesse?
- 10 Quæ actio potest competere pro his damnis & interesse?
- 11 Si offensus & injuriatus remanet claudus, vel perpetuo debilitatus, ita ut non possit exercere officium, qualiter per iudicem fiat estimatio operarum?
- 12 Si offensus remaneat aliqua cicatrix, an debeatur illi estimari?
- 13 Si offensus simpliciter remisit injuriam gratis, an videatur remisisse damna, expensas & interesse?
- 14 Si ex injuria illata sequatur mors, an possit agere injuriatus civiliter contra homicidam?
- 15 Quibus modis tollitur alio injuriarum?
- 16 An offensor, qui alteri injuriam fecit, possit petere ab offenso, quòd præstet sibi cautionem de non offendendo?
- 17 Si offensus non possit invenire fidejussores, quid debeat iudex facere?

OTAVO & principaliter dico, quòd aliud est crimen privatum injuriæ, pro cujus perfecta declaratione, dico quòd tripliciter potest alicui fieri injuria: Primo modo per scripturam. Secundo modo simpliciter verbo. Tertio modo, facto. Primo modo fit alicui injuria per scripturam, quando quis a fecit & dixit contra alium libellum famosum in quo injuriola verba & infamatoria sibi proposuit, textus est in leg. 1. §. si quis libellum, aliàs si quis librum, ff. de injur. text. in leg. consil. eod. tit. text. in leg. unic. Cod. de famosis libellis, quòd casu imponitur pœna mortis, text. est in l. unic. de famosis libellis, & non solum hoc procedit, quando quis fecit vel composuit prædictum libellum, verum etiam si dum esset positus ab alio in aliquo loco, illum legit & statim non abstulit, nec manibus laceravit sed ibi dimisit, & aliis manifestavit, quia præsumitur

Tribus modis injuria infertur.

auctor hujus delicti, & libellus ab eo composuit, text. est in d. unica, & ibi communiter DD. & idem expressè disponit l. 3. tit. 9. 7. part. unum tamen est, quòd ad hoc ut talis delinquentis puniatur pœnâ mortis, oportet quòd in libello infamatorio continetur delictum, per quòd infamatus incurreret pœnam mortis, modò dicat verum modò falsum, alias solum tenetur iudicis arbitrio, ita tenet Gloss. per text. ibi in d. l. unic. C. de famos. l. in gloss. 1. & ibi Petrus Cyn. Salyc. Angel. & communiter Doct. & ita etiam expressè disponit prædicta lex part. ex quibus videtur inferendum, quòd si probetur contra aliquem vidisse & legisse prædictum famosum libellum & non abstulit eum, nec laceravit, sed nulli manifestavit, non tenetur prædicta pœnâ, sed certe ego eum punirem extra ordinem iudicis arbitrio.

Secundo modo simpliciter verbo fit alicui injuria, quando verba injuriosa & contumeliosa quis alteri dixit, text. est in l. 1. v. infuriam, ff. de injuriis, text. in l. si non convicit, & quasi per eos. C. eod. tit. text. in §. injuria, Instit. eod. tit. text. in l. 1. tit. 9. 7. part. Quòd procedit nedum quando talia verba injuriosa profertur alicui præsentem, verum etiam absentem, text. in leg. item apud Labronem, §. conviciam, de injur. Cujus verba sunt: Conviciam autem non tam solum præsentem, verum absentem quoque fieri posse Labeo scribit, & idem disponit prædicta l. 1. tit. 9. 7. part.

Dubium tamen est, an hoc procedat, modò ille, qui profert prædicta verba injuriosa, dicat verum modò non in quo articulo breviter, & b & resolutivè dico, quòd si injuria, vel conviciam, quòd obijciatur, est tale, quòd expedit rei publicæ sciri, ut si quis dicat alium homicidam, latronem, vel delinquentem, vel leprosum, vel simili morbo contagioso effectum, tunc si dicit verum, non puniatur, quia expedit reipublicæ, vel pro delicto puniendo, vel pro salute hominum, ut à tali infirmo præcaveant: ita probat textus notandus in leg. cum qui nocentem de injur. Cujus verba sunt: Eum qui nocentem infamavit non esse bonum, & æquum ab eam rem condemnari, peccata enim nocentium nata esse, & oportere, & expedit: facit etiam textus in leg. ita vulneratus, v. cum nec impunita malicia esse oporteat, ff. ad leg. Aquil. textus in l. licitatio, §. sed quæ illicite de publicis & veltis, cum similit. Si verò dicat falsum, puniatur: si verò est tale, quòd non expedit nec convenit reipublicæ sciri, ut si quis vocat alium claudum, gibbosum, ebrium, pauperem, vel quid simile, tunc modò dicat verum, modò falsum, committit injuriam, & tenetur, quia defectus alterius detegere, injuriosum & inhumanum est, ut in l. 1. v. quid enim tam durum, tamque inhumanum, & c. C. de quando, & quib. quæria pars debet, l. 1. & in expressio ita tenet, & declarat Per. de Bella per, in l. si non convicit, l. col. C. de injur. & ibi Cyn. §. col. 8. 9. principali. Alberic. §. col. in medio, v. ff. item quæro, Bart. in d. l. cum qui nocentem, ff. de injur. & ibi Angel. de Perus. & communiter Doctor, Faber in §. injuria, Instit. de injur. l. col. n. 3. & 4. & ibi Angel. de Aret. Platea, & communiter Doct. Aba in c. fin. 2. col. n. 4. de injur. Ex quo infero notabilem declarationem ad l. 1. tit. 9. l. 8. ordin. quæ cavet, quòd ille qui dixerit alteri aliquod verbum injuriosum de contentis in illa lege, puniatur pœnâ, de qua ibi, scilicet

injuria verbalis.

Conviciam.

Defectus alterius detegere injuriosum est.

scilicet ut contradicat sibi, & dicat se mentiri, ut intelligatur quando dicit falsum: scus tamen si dicit verum, & expediat reipublicæ sciri, quia non tenetur pœnâ illius legis: si verò non expediat reipublicæ sciri, ut in aliquibus verbis, & exemplis illius legis, tunc indistinctè tenetur, modò dicat verum, modò falsum.

* Et ex hoc potest decidi quæstio quam vidi de facto, si quis dixit alteri: ego non sum hæreticus, nec proditor, nec sodomiticus vel similis persona, an teneatur prædicta pœnâ quæ imponitur à jure pro illa injuria, & videtur, quòd si illa cum ista verba profertur sit persona in qua reperitur illa qualitas vel delictum, & conveniat reipublicæ sciri, non tenetur aliqua pœnâ, si verò non conveniat reipublicæ sciri, est nostrum dubium & quæstio, sed teneo, quòd indistinctè nullo casu possit puniri: quia non sequitur, quòd alium vocavit delinquentem, sed tantum quòd ipse qui talia verba protulit, non erat delinquens in casibus, & delictis per eum prolatis, & confirmatur quia in odiosis, quando aliquis bonus & justus sensus potest percipi, colligi, & considerari, non debet sumi argumentum à contrario sensu quòd ex eo referatur sensus odiosus reprobus & punibilis; & ex hoc dixi, & consului in quæstione de facto, quòd cum quis dixit alteri, ego non habeo Sarr Benia, in tali Ecclesia, non deliquit. Confirmatur etiam, quia non potest negari, quòd si ista verba sunt injuriosa, tantum est præsumptivè, sed ex præsumptione nemo damnatur pœnâ corporali: ergo, & c. & secundum hoc videtur quòd possit extra ordinem puniri, sed ego teneo, quòd nullo modo teneatur, nec puniatur. *

Item adde, quòd etiam ille, qui alium maledixerit sine causa, dicitur committere injuriam, ita Bonifacius tract. malef. in rub. de vana blasphemia, l. 1. col. in medio, & notabiliter Luc. de Pen. in l. omnes, de delator, §. col. l. 10. c. Advertendum tamen, quòd ille, qui dixerit alteri verba injuriosa, quæ conveniant reipublicæ sciri, puniatur quando erant falsa, & non vera, ut supra proxime dixi: tamen illud est verum, & debet intelligi quando scienter & dolose illa dixit, & protulit: scus tamen est quando ignorante, vel ex aliquo errore, vel ignorantia ductus illa dixit, & protulit, modò talis error vel ignorantia protulit, modò non, text. est singularis in jure in leg. item, v. ff. de generali ff. de lib. caus. & ad hoc summe notat & commendat ibi Alberic. & alii Doct. antiqui, Gloss. ordinaria & ibi communiter Doct. in l. 1. ff. de abigeis, Gloss. etiam ordinaria in l. plagia l. 2. C. ad l. Fal. de plagia, & ibi Angel. de Perus. Salyc. & Bart. in l. iuste possidet, ff. de acquir. possess. fin. quest. & ibi communiter Moderni, idem Bart. in leg. 1. §. non autem ff. si quis res. liber. esse jus. fuer. fin. col. Bald. in l. 1. C. ubi caus. status, in fin. ubi dicitur quòd bona fides potest accusari ex justis, vel injustis & temerariis causis, & sequitur & commendat Jason in l. si quis id quod, ff. de jurisd. omn. jud. 8. col. n. 35. Angel. de Perus. in leg. 1. §. hoc interdillum, l. 2. ff. de vi & vi armat. Confirmatur etiam ex illa Gloss. singulari & ordinaria in l. 2. v. ff. si quis jus dicit, non obtem. in gloss. magn. in fin. ubi dicit quòd si quis non comparuit, citatus ex aliqua causa etiam injusta excusatur, quam ibi notat, & eam dixit singularem Bald. in l. liberi. C. de fideicom. liber. & ex prædictis in quæstione

de facto dixi, & consului, quòd cum quidam dixit, & affirmavit vidisse alium cum signo & habitu hæreticorum & errore ductus credens, quòd illud erat signum eorum, & fuit deceptus, qui postea fuit ex hoc accusatus, & tandem fuit absolutus quia ex errore, & ignorantia dixit, & non ex dolo vel malitia.

Tertio modo fit alicui injuria facta, quando quis pollatus est ab alio manu, vel quolibet alio instrumento, vel domus ejus per vim introita ab alio, textus est capitalis & expressus in l. lex Corn. de injur. Cujus verba sunt. Lex Cornelia de injuriis competit ei, qui injuriam agere volet ob eam rem, quòd si pulsatum verberatumve, domum suam vel introitam esse dicat, textus in §. sed & lex Cornelia, Instit. de injur. textus in l. 6. tit. 9. 7. part. ubi ponit plura exempla, & adde quòd licet quis verè, & realiter alium non tangat, nec percussit, sed tantum admenavit, vel manus, instrumentam aliquod contra eum levavit, committit injuriam facti, textus est singularis & obivus in leg. item apud Labronem, §. si quis pulsatus, ff. de injur. Cujus verba sunt: Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levata, & sape territus est, quasi pulsaturus, non tamen percussit, uti injuria um actione tenetur, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. dicens se nescire, alibi Alber. & illum reputat singularem & unicum Ang. de Perus. ibi Aug. de Aret. in reat. malef. in parte. admenavit, l. col. & ibi etiam additionator, Jas. in l. 1. §. hoc autem verba, ff. quod quisque juris fin. col. n. 15. Hippod. de Marfil. in l. si qui cum velo, C. ad l. Cor. de fca. 13. col. n. 18. & idem disponit text. in d. Lin medio, tit. 9. 7. part. Quid autem si cum vellem offendere unum, alium in urivi, an teneatur? vide omnino in delicto homicidii.

Item adde, quòd injuria alicui facta, verbo, vel facto aggravatur, & potest dici atrox ratione ipsius facti vel ratione personæ, vel ratione loci, ratione facti, quando injuria in se est magna propter atrocitatem vel magnitudinem vulneris: ratione personæ quando persona cui fit est constituta in dignitate: ratione loci, quando in aliquo loco publico fit injuria, puta in foro, platea, coram multitudine hominum, text. est in l. prætor dixit: §. atrocem injuriam, ff. de injur. textus in l. apud Labronem, §. hoc autem, v. ff. quod uti prætor, eod. tit. textus in §. atrox, Instit. de injur. Cujus verba sunt: Atrox injuria æstimatur, vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco veluti, si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris injuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronoque flat à liberis, vel libertis, & idem disponit & declarat l. 20. tit. 9. 7. part.

Item quæro, per quas personas fiat alicui injuria? & breviter dico quòd fit alicui injuria, quando immediate fit ejus personæ. Item etiam, si injuria fit filio ejus existenti in ejus potestate. Item quando injuria fit uxori ejus. Item quando fit servo ejus, hoc tamen casu, quando est atrox injuria, vel in contumeliam domini facta text. in l. 1. §. item aut per semetipsum, ff. de injur. Cujus verba sunt: Item per semetipsum, cum directo ipsi patrifamilias vel matrifamilias fit injuria: per alias, cum per consanguinitatem fit, cum sit liberis meis, vel uxori, & nurius

Per quas personas fit injuria.

nuruive, & ibi communiter Doctores, text. in l. item apud Labonem, §. p. rator ait, usque in fin. eod. tit. textus in §. patitur, & in §. servus autem ipsi, insit. de injur. textus in l. 10. tit. 9. 7. part. Item quando injuria fit cadaveri, vel defuncto, quia censetur facta heredi, & ipse potest agere, & accusare suo nomine, & ex ejus persona non defuncti, textus in l. 1. §. quoniam, ff. de injur. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. & communiter Doctores, tradit etiam, & declarat Bart. in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obl. pen. col. num. 3. 1. & ibi Moderni, & idem disponit lex penultima, tit. 13. 1. part. Quæ plus dicit, & extendit, nam de jure communi tantum hæres poterat hoc casu accusare, & prædicta lex part. extendit ad con- sanguineos.

6 Dubium tamen est, an injuria facta famulo, vel familiari dicatur etiam fieri domino ejus? & dico, quod si in contumeliam domini fiat, potest agere actione injuriarum, aliàs non; ita probat text. expressus in l. item apud Labonem, §. interdum, & in §. item si liberum hominem, ff. de injur. textus in §. sed si libero, Insit. de injur. & per ista jura ita tenet Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de injur. Cynus in l. si non convicit, Codic. de injur. 2. col. in fin. n. 6. & ibi alii Doctores. Faber & alii Doctores in dict. §. sed si libero, Insit. de injur. Innoc. in cap. contig. de senten. excommun. Idem Innoc. in cap. dilectus, 2. col. de appell. pro qua sententia & conclusione est hodie notabilis l. part. leg. 10. tit. 9. 7. part.

Item etiam est dubium, an injuria facta clerico, vel monacho, dicatur etiam fieri Ecclesie vel Abbati, ut possit agere actione injuriarum; & dicendum est quod sic i textus est in cap. cum desideret, §. fin. de sent. excommun. ubi vide latè Doctores. adde tamen, quod potest remittere injuriam factam filio in potestate, invito, vel ignorante filio, præterquam si pater sit vilis, & turpis persona, filius verò non; text. est in l. sed & si unius, §. ait pator, & in §. sequenti ff. de injur. & ibi Bart. & communiter Doct. facit etiam bonus text. in l. fin. §. pen. Cod. de senten. poss. facit etiam doctrina singularis Bartol. & ibi communiter Doct. in l. 2. ff. de vulgar. & pup. substit. 4. col. in fin. num. 23.

7 Item principaliter quaero, quæ sit pena injuria: In quo articulo magistraliter, & resolutivè dico, quod pro injuria potest agi civiliter, vel criminaliter, & una electa, altera ipso jure tollitur, cum utraque tendat ad vindictam: text. est in l. pator dixit, §. posse ff. de injur. l. quod senatus l. si quis injuriam, eod. tit. §. in summa, Insit. de injur. Cujus verba sunt: [in summa sciendum est de omni injuria, eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et quidem si civiliter agit, æstimatione facta secundum quod dictum est, pena reo imponitur: sin autem criminaliter, officio judicis pena reo interrogatur,] & utrobique communiter Doct. & idem expressè disponit, l. 2. tit. 9. 7. part. Civiliter agit, quando ille qui passus est injuriam, agit ad penam pecuniariam sibi applicandam, in qua æstimat offensam, & injuriam sibi factam: ita probant prædicta jura supra proximè allegata, Sed dubium est, an offensus debeat se referre ad damnum, dicendo, quod potius veller tantam quantitatem ex suo patrimonio, & substantia perdidisse, quam illam injuriam, & offensam recepisse, vel debeat se referre ad lucrum, dicendo quod potius veller desinere acquirere illam quan-

Pena in-
juria.

titatem, quam pati illam injuriam: & breviter dico, quod potest se referre ad quodlibet eorum: ita etiam probant prædicta jura cum simpliciter & indistinctè loquuntur, & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in l. injuriarum æstimatio, ff. de injuriis, & ibi Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctores. Cyn. in l. si non convicit, Cod. de injur. 4. col. 9. quæst. & ibi communiter Doctores, Salyc. in l. an orem, eod. tit. 2. col. n. 5. & 6. Ang. de Aretin. in §. pena autem, Insit. de injur. 2. col. & ibi Platea & communiter Doctores. Idem Angel. in §. 11. Insit. de action. 3. col. num. 3. & ibi Jaf. §. col. num. 5. Idem Angel. in tracta. malef. in parte nec non ad querelam, penult. col. num. & ibi additionator. Sed communis practica est quod referat, se ad utrumque alternativè, dicendo, quod potius veller tantam quantitatem ex suo patrimonio perdere, vel eandem desinere acquirere, quam pati prædictam offensam & injuriam; unum tamen est, quod judex potest, & debet taxare, & moderari summam, & quantitatem à parte petitam, atenta qualitate injuriæ, & personæ, ne aliàs odio & passione peritos modum justum excedat: textus est notabilis in l. constitutionibus, in fin. textus in §. pena autem, Insit. de injur. facit etiam textus in l. vid. annu, §. pen. & fin. ff. de in litem jurando, text. in l. sancimus, Cod. de jud. & utrobique communiter Doctores & idem disponit præd. l. 2. tit. 9. 7. part. & sic ex prædictis resultat, & notabilis practica sit quod actor, & sic pars offensa dicat in libello talem offensam, & injuriam sibi commissam, & atenta qualitate suæ personæ, & injuriæ nollet eam recepisse pro tali quantitate, imò potius veller ex suo patrimonio perdidisse, vel desinere acquirere, quam eam recepisset; & hoc solemniter jurat, & conclusivè petit reum adversarium in ea condemnari, & sibi solvi, salva in omnibus moderatione judicis, & ita communiter fit & practicitur. Criminaliter agitur quando offensus quæ passus est injuriam accusat reum delinquentem ad penam criminalem, quo casu cum variæ, & diversæ sint qualitates personarum, & per consequens variæ, & diversæ sunt qualitates injuriarum, non potuit à jure statui certa, & determinata pena, sed est arbitrio judicis imponenda, atenta qualitate facti, & offensæ, & personæ, & loci: ita expressè dicunt, & disponunt jura superius allegata, & prædicta lex part. & nedum in hoc delicto injuriæ, sed in omni alio delicto publico, vel privato, in quo non reperitur à jure pena determinata, imponitur extraordinaria judicis arbitrio, attentis prædictis qualitatibus; text. est capitalis & expressus in l. hodie ff. de penis. Cujus verba sunt: [Hodie licet ei qui extraordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel gravioerem, vel levioerem, ita tamen, ut in utroque modo rationem non excedat,] i textus in l. 1. §. expulso et, versic. idico, ff. de eff. actoribus, & expulso, text. in l. lex Julia, §. hodie, ff. ad legem Juliam de pec. text. in l. 2. ff. de crimine si viana in, & utrobique communiter Doct. Ex quibus resultat constitutum summè necessarium in conscientia, & justitia, ut semper in delictis arbitrariis, cum ex una parte vertatur periculum personarum, & ex alia grave præjudicium reipublicæ, judex penam condignam imponat, & caveat, ne cupiditate inanis gloriæ severam sententiam ferat, vel injusta misericordiâ mortuus, levioerem penam quem delictum poseat, semper summum Deum nostrum

Forma
proponit
di actioni

nostrum præ oculis habendo: & in expresso istam sententiam, & doctrinam ponit textus singularis & moralis in l. respiciendum, ff. de penis, Cujus verba sunt: [Respiciendum est judicanti, ne quid durius aut remissius constituar, quam causa deposcit, nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectata est, sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat statuendum est, planè in levioribus causis proniores ad lenitatem judices esse debent, in gravioribus penis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis sequi;] textus in l. Padius, §. 1. in fin. ff. de incendio, ruina, naufrag. l. 19. in fin. ff. de offic. prof. ibi: Sed & in cognoscendo, nec exandescere adversus eos, quos malos putat, nec precibus calamitosorum illacrymari oportet: id enim non est d. constantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit; textus in l. 2. in fine, Cod. de custod. reorum, ubi judicibus severitibus imponitur freni temperies, nam sicut sequus ducitur, & temperatur freno, ita judex in sententia, & punitione delictorum debet se continere, & temperate juridicam, & condignam penam pro qualitate facti, & negotii imponendo, textus in cap. omnis 45. distinct. Cujus verba sunt: Omnis qui iustè judicat, stateram in manu gestat, in utroque penso justitiam, & misericordiam portat; textus in cap. est injusta, 25. quæst. 4. maxime in fine, ibi, nonne etiam qui uni indulget indigno ad prolapsionis contagium, provocat universos; facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi; confirmatur ex illo text. notabili in l. provincialium, Cod. de servis, ubi dicit, quod per punitionem delinquentium multorum salus, & incolumitas procuratur, textus denique notandus in cap. 1. §. 1. de re judic. libr. 6. Cujus verba sunt: [Caveant judices, & prudenter attendant, ut in causarum processibus nil vindicet odium, vel favor usurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii justitiam non evertat, sed stateram gestent in manibus, lanceas appendant æquo libramine, ut in omnibus quæ in causis agenda fuerint in concipiendis sententiis, & ferendis, præ oculis habeant solum Deum;] confirmatur auctoritatibus Sacra Scriptura Deuteronomii capite 1. [Audite illos, & quod justum est judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus, nulla erit distinctio personarum: ita parvam audieris, ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei judicium est.] Levitici cap. 19. [Nolite facere aliquid iniquum in iudicio, omnia enim in regula, pondere, & mensura constituta sunt,] & Sanctus Augustinus lib. 1. 2. de civitate Dei, cap. 4. & lib. 13. de Trinitate dicit, judices non habere potestatem extra limites justitiæ legalis, & Hieron super Epistola Pauli ad Philemonem dicit, quod judices ita violant leges absolvendo reos, sicut condemnando innocentes; & illud Psalmistæ, Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris, & dicit Beatus Gregorius in expositione illius Psalmi, judicem esse peitem reipublicæ qui reos cum rigore non corrigit, & Sanctus Thomas notabiliter in 2. questione 67. artic. ubi dicit, quod judex non habet potestatem solvendi reum à pena contra leges à superiore sibi impositas: unum tamen est, quod inter ista duo extrema, non est tam grave peccatum declinare in defectum, quam in excessum, quia minus distat defectus ex misericordia à medio justitiæ, quam severitas, ut ex

superioribus constat: debet tamen exercere justitiam cum cordis compassione, & quadam mentis commotione de penâ proximi suo condolendo: text. est in capitulo vera, quadragesima quinta distinct. one, Cujus verba sunt: Vera justitia compassionem habet, falsa vero indignationem, & quamvis iusti soleant velle peccatoribus indignari. Et in tantum est verum, quod in hoc delicto injuriæ, vel quolibet alio, in quo penâ non est à jure determinata, poterit judex imponere penam arbitrariam, ut possit illam extendere usque ad mortem, ista est Gloss. singularis & unica in jure in §. summa, Insit. de injuriis, in verbo, extraordinaria, & ad hoc eam ibi notat Ang. de Aret. & reputat singularem Plat. 2. col. in fin. Bart. in l. fin. in fin. 2. lect. ff. ubi pupill. educ. debe. Bald. in cap. 1. §. injuria, 1. col. num. 1. de pace juram. fir. in usibus feudo. idem Bald. in l. fin. 1. lect. in fin. ff. de verum divison. Idem Bald. in l. fin. 1. in fin. C. de bis qui latrones occulerunt, & illam Glossam ad hoc reputat singularem Joan. de Imol. in l. 1. ff. de pub. jud. 4. col. versic. quin autem si aliquo casu, ubi notabiliter loquitur, idem Imol. in cap. ex literis de const. 3. col. in fin. & ibi Abb. pen. col. in fin. & communiter alii Doct. Joan. de Ana. in cap. inquisitionis de accus. final. col. & quæst. & ibi Felin. §. col. n. 10. Angel. de Aretin. in tracta. malef. in part. & ibi caput à spatulis amputetur, penult. col. versic. quare aliqua lege, vel statuto, & ibi ejus additionator. Quod tamen intellige procedere in duobus casibus, primus est atenta qualitate alicujus gravissimi facti, argumento text. in l. respiciendum, ff. de pen. text. in l. hodie, eod. tit. text. in l. lex Julia, §. hodie, ff. ad l. Juliam repetundarum, text. in l. Padius, §. 1. de incendio, ruina, naufrag. text. in l. 1. §. expulsores, versic. idico, ff. de effraкторibus & expi. & utrobique communiter Doctores. Secundus casus est, quando pro simili delicto commissio solet dari & imponi in illo loco pena mortis, argumento text. in l. seculari, versic. hanc rem, ff. de extraord. crimin. Cujus verba sunt: Hanc rem solent præsidēs exequi graviter usque ad penam captivi, text. in l. 4. ff. de cust. reor. ibi, ac nec confusudo ostenditur, qua certam formam habeat, & utrobique communiter Doctores. Itaque his casibus poterit judex arbitrium suum extendere usque ad mortem, & poterit verificari illa Gloss. & ejus conclusio, non verò aliàs: & in terminis ita tenet & declarat Joan. de Imol. in l. 2. ff. de publi. judic. 4. col. Bart. in l. fin. ff. de privat. delictis, 2. col. n. 3. Bald. in l. quicumque, C. de serv. fugis, 5. col. versic. seias: ubi dicit, quod est consuetum fieri, non dicitur arbitrium, sed necessarium. Ant. de But. in cap. de causis de offi. deleg. 1. col. num. 12. Angel. de Aret. in §. in summa, Insit. de injur. idem Ang. de Aret. in tracta. malef. in part. & ibi caput à spatulis amputetur, penult. col. Platea in l. 1. Cod. de pec. honor. sublat. Alex. consil. 111. pen. col. num. 6. col. Paris. de Pot. in tracta. syndi. fol. 106. ver. an si status non: facit etiam Gloss. ordinaria in l. respiciendum, ff. de pen. Gloss. in leg. hodie, eodem tit. Gloss. in leg. quid ergo, §. pena gravior, ff. de bis qui nor. infam. dicentes, quod judex in arbitrariis semper debet se referre ad id quod fieri solet.

Item adde, quod modò offensus, qui recepit injuriam agat civiliter, modò criminaliter ad test agere vindictam, poterit etiam ad damna & expensas, civiliter & in interesse pro injuria sibi illata, & sic poterit criminaliter

8
judex in
delicto in-
juriæ per-
nariam arbi-
trariam
ponit

9
Injuriam
passus po-
test agere
civiliter &
in interesse

petere omnes sumptus, & expensas, quas fecit in eius cura. Item etiam omne lucrum, & interesse quod poterat lucrari, si talis injuria non esset ei illata, probat textus notabilis in *l. qui nomine, ff. ad l. Corn. de Fal.* ubi habetur quod ex quocumque delicto publico oritur accusatio criminalis ad vindictam, & actio civilis pro damno, vel interesse partis, & latius dixi supra in delicto homicidii, ergo eadem ratione idem est in delicto privato, & in expresso ita probat text. in *l. item apud Laboneum, §. si quis servo verberato, ff. de injur.* Cujus verba sunt: Si quis servo verberato injuriarum egerit, deinde postea damni injuriarum agat, Labeo scribit eandem rem non esse, quia altera actio ad damnum pertinet culpa datum, altera ad contumeliam, & ibi Doctores textus in *l. qui seruum, ff. de act. obliq.* & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct. text. in *l. dominum, C. de injur.* text. in *l. si quacumque §. injuriam, ff. ad l. Aquil.* & ibi etiam Gloss. ordinaria & communiter Doctores, textus in *l. de injur.* & damno dato, ibi, qui percussit, opera eius & impensas in medicos restituit, & ibi notat Innoc. Joan. Andr. & communiter Doct. Ex quo inferitur, quod si talis offensus erat officialis persona, quae suo labore, & industria aliquid acquirebat, poterit etiam agere ad opera quibus caruit, dum esset infirmus, & ad operas quibus cariturus est toto tempore vitae suae, si remanet claudus, vel debilitatus, & in expresso ita probat text. in *l. fin. de his qui deser. vel effud. textus in l. ex hac lege, si qua pau. feci dica, textus in §. ob hominem vero liberum, insit. de obli. que ex quasi del. nas. & utrobique communiter Scribentes.*

10 Dubium tamen est hoc casu, quae actio competat pro his damnis & interesse, quia ex hoc resultare possunt aliqui effectus in modo agendi, vel in tempore, vel in natura actionis: & primo videtur, quod competat officium iudicis incidenter argumento textus notabilis in *l. interduum, in 2. §. qui suum, ff. de furtis*: ubi habetur, quod in crimine furti potest agi criminaliter, principaliter ad poenam, & incidenter ex officio ad ipsam rem consequendam, quem textus ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & communiter Doctores, & per illum text. in nostro casu, & proposito ita tenet Ang. de Perul. in *l. item apud Laboneum, §. si quis servo verberato, ff. de injur.* Bald. in *l. dominum, C. de injur.* Flor. in *l. sed & si quacumque, §. ad l. Aquil. fin. col. n. 10.* & ita practicatur: sed ego teneo, quod ista sententia & conclusio est vera in se, non tamen est dicendum, quod aliud remedium non competat, quia sequeretur quod finito & extincto iudicio principali, extingueretur, & tolleretur illud accessorium; si non esset peritum, argumento text. in *l. 4. C. de positi.* Unde aliter, & secundo potest dici, quod hoc casu competit actio ipsa injuriarum, in qua potest gravius aestimari injuria pro damnis, & interesse, & in expresso videtur tenere & declarare Bart. in *dist. item apud Laboneum, §. si quis servo verberato, ff. de injur.* Sed nec istud mihi placet, quia si ageretur criminaliter ad poenam corporalem, non posset fieri ista aestimatio. Item etiam quia si ageretur civiliter, & non fieret aestimatio damni vel interesse, non posset postea petere, cum actio sit subblata. Unde aliter, & tertio dicamus, quod competit actio utilis legis Aquiliae, argumento text. in *leg. liber homo, ff. ad legem Aquiliae.* Cujus verba sunt: Liber homo suo nomine utilem lege Aquiliae habet actionem, & ibi notat Glossa ordinaria &

8
ni sal
at ubi
et aut
idem m
ad huc

10
Quae actio
competat
pro danis
& interesse
injuriarum
passi.

8
manu
og aut
bige B
e aut

communiter Doctores, & per illum textum ita tenet Gloss. ordinaria Bartol. & communiter Doctores in *leg. qua actione, §. si quis in collectione, ex l. iij. tenet etiam Oldr. & communiter Doctores in d. l. item apud Laboneum, §. si quis servo verberato, ff. de injur.* Hostien. in *summa, de injur. versicul. & quatuor, 1. col. in fin.* Abb. & communiter Doct. in *cap. 1. eisdem tit. Cynus & magis communiter Doct. in d. l. dominum, Cod. de injur.* Gloss. ordinaria in *§. in summa, Insit. de injur.* & ibi Platea 2. col. in medio Ex quo se offert pulchrum dubium, in quo habui consulere, quanto tempore daret ista actio ad damna, & interesse: & videtur, quod anno, sicut ipsa principalis actio injuriarum, sed falsum est per praedicta, quia non competit actio injuriarum, sed alia distincta; scilicet legis Aquiliae, unde videtur, quod daret triginta annis, sicut alia actio de jure civili. Vel aliter, & tertio ego teneo, quod daret per viginti annos, argumento text. in *leg. querela, Cod. de fal. ubi habetur quod omnis actio, vel accusatio descendens ex delicto etiam de jure civili durat tantum per 20. annos: ergo ista actio legis Aquiliae pro damnis, & interesse licet sit de jure civili, tantum daret per 20. annos, cum descendat de delicto. Ex quo deducitur, quod praescripta actione injuriarum ad vindictam, per lapsum anni remaneret ista per 20. ad damna & interesse.*

Advertendum tamen quod circa hoc se offert necessarium, & quotidianum dubium, si talis offensus ex injuria sibi illata remanet claudus, vel perpetuo debilitatur in aliquo membro, ita ut nullo modo possit operari, nec officium aliquod exercere, qualiter fiet per iudicem aestimatio operum, quibus carere debet per toto tempore vitae suae: & breviter, & resolutivè dico, quod si talis offensus ex injuria sibi illata statim decessat, fiet aestimatio & computatio secundum dispositionem textus qui est singularis, & unicus in suo casu, in *leg. hereditatem, ff. ad leg. Falcid.* de quo latius dixi supra in delicto homicidii: sed in nostro casu, quando talis offensus remanet vivus cum membri abscissione vel perpetua debilitatione, fiet aestimatio, & condemnatio, ut delinquens teneatur ei solvere annuatim certam summam, & quantitatem quolibet anno, quo vixerit pro illis operibus quibus cariturus est, & sic erit annua obligatio per sententiam iudicis ratione delicti ex juris dispositione, & non erit recurrendum ad dispositionem textus in *dist. leg. hereditatem.* cum possit fieri certa condemnatio, & in expresso ita tenet, & declarat originaliter Azo in *summa, Insit. de obli. que ex quasi delict. fol. fin. col. m. quesi.* Paris de Poteo in *tratt. synd. fol. 200. in parte, §. in plurim. 2. col. ubi dicit se ita praticasse in quaestione de facto.*

Unum tamen est, quod si tali offensus remaneat aliqua cicatrix, vel deformitas patens, ex injuria sibi illata: illa non potest, nec debet aestimari per offensum, nec iudicem tanquam damnum, vel interesse, quia sicut ipse liber homo nullam recipit aestimationem, ita nec cicatrix, nec deformitas eius, textus est formalis & expressus in *leg. fin. ff. de his qui deser. vel effud.* Cujus verba sunt: Cicatricem autem, aut deformitatem nulla sit aestimatio, quia liberum corpus nullam recipit aestimationem; & ad hoc notat & commendat ibi Alber. Flor. & alii Doctores, textus in *l. ex hac lege, ff. si quadru. pauper. feci dica.* & ibi Alber.

Actio ad
damna
quandiu
duret.

11

12
Cicatrix
vel defor
mitas an
recipiat
aestimatio
nem.

Alber. & communiter Doctores. Adde tamen quod in muliere bene aestimaretur praedicta cicatrix & deformitas, saltem quando non est nupta, quia per hoc difficilior, & cum majori dote inveniret maritum cui nubere possit, istud est singulare verbum Jacob. de Raven. in *alex. hoc lege,* & ibi sequitur etiam, & commendat Paris de Put. in *tratt. synd. fol. 100. in part. quia pluries.* & idem est in servo vel animali, quia in eis cicatrix, vel deformitas aestimatur, & consideratur, cum per eam minus valerent, & minori pretio venderetur secundum praedictos Doctores, ubi supra. Verum tamen est quod eo casu, quo cicatrix, vel deformitas non debet aestimari in homine libero, tamen offensus gravius aestimabitur propter hoc injuriam, & offensam suam: & simpliciter probus & rectus iudex gravius condemnabit, quia ex hoc diceretur atrocior injuria, & sic attenda ista qualitate junctim cum aliis, de quibus supra dictum est gravius fiet aestimatio, & condemnatio per iudicem: quod bene nota, quia sic alibi non videbis declaratum.

13
Offensus
remittit do
simpliciter
injuriarum
non remittit
interesse.

Item adde circa praedicta, quod si talis offensus simpliciter remittit injuriam, gratis, vel pretio, non videtur remitti damna, expensas, & interesse, quod ex injuria sibi illata potest pretendere, sed tantum injuriam, & poenam civilem, vel criminalem vindictae, nisi specialiter utrumque remittatur: Cujus ratio est, quia ex injuria oritur duplex actio una ad poenam, alia ad damna, expensas & interesse, ut supra dictum & conclusum est: ergo una sublati remanet alia, argumento textus in *l. si pro fure §. 1. ff. de cen. furt.* textus in *l. si domus, ff. de servit. urban. praed.* & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in *l. si tibi decem, ff. de palli.* & ibi Alexand. 2. col. num. 2. qui reputat singulare, Jacob. de Sanct. Georg. in *fin. n. §. idem Bald. in c. 4. 1. §. injuria de pae juram. serman. 2. col. in vlt. feud. idem Bald. ubi reputat notabile in *dist. l. si domus, ff. de serv. urban. praed.* idem Bald. in *d. l. si pro fure, §. 1. ff. de cond. f. o. i. Spec. in tit. de accusatore, §. 1. 6. col. verso. quid si vulneratus, Abbas Panormitan. in c. 1. de i. juris, & damno dato, 2. col. verso. ultimo, super textum & ibi Cardinalis Anchar. & communiter Doct. Angelus de Perul. in *l. sed si nudi §. si ante, ff. de injur.* Joan. Fab. in *§. final. Insit. de injur.* num. tertio, Jac. in *leg. 1. 3. col. num. 16. ff. de palli.* ubi dicit esse diligenter notandum, & in quaestione de facto mihi commissa, ita judicavi & praticavi.**

14
Morte se
mors non
poteat agi
ad actio
nem inju
riarum.

Item adde, quod si ex injuria illata sequatur contra homicidam, quia licet ex delicto homicidii oriatur duplex jus, vel accusatio ad vindictam, una injuriarum, alia vero legis Corneliae de sicariis, tamen nullo modo potest intentari actio injuriarum civiliter ad poenam pecuniariam parti applicandam, sed omnino & praesertim debet intentari accusatio criminalis, ex lege Corneliae de sicariis, propter homicidium ad vindictam publicam, quia aliam fieret sibi praedictum, cum utraque tendat ad vindictam, textus est singularis, & unicus in *l. praer. edixit, §. si dicatur, ff. de injur.* Cujus verba sunt: Si dicatur homo injuria occisus, numquid non debebat permittere praetor privato iudicio legi Corneliae praedictae, idemque, & si ita quis agere velit, quod tu venenum dedisti hominis occidendi causa. Rectius igitur fecerit si hujusmodi actione non dederit;

& ad hoc notat & commendat ibi Bartolus, Albericus, & Doctores antiqui, & reputat ibi singularem Angel. de Perul. notat etiam & commendat Bartol. in *leg. nunquam plura, ff. de privar. delict. penultim. column. numer. 6.* idem Bartol. in *leg. in eum, de accusat.* & ibi Angel. in *leg. quod ergo, §. panagravio, ff. de his, qui nota t. infam. fin. col. in fin.* Angel. de Perul. in *leg. una, Cod. quando civi. ac crim. praef. 1. col. in medio,* & ibi Salycetus 2. column. & alij Doctores, Salycetus in *l. 3. Codic. de lege Aquilia, prima columna, August. de Arimino, in addition. ad Angelum de maleficiis in parte, nec non ad querelam, versiculo quaritur, si actum fuerit, & illum textum ad hoc reputat singularem & unicum Joannes de Imola, in *leg. interduum, ff. de public. judic.* notant etiam & commendat Canonistae in *d. cap. de accusat.* Ex hoc casu posset iudex ex officio rejicere libellum, ita Bartolus in *dist. §. si dicatur, in fine, n. 5.* & communiter Doctores, ubi supra. Sed advertendum pro perfecta intelligentia, quia videtur, quod ille textus & conclusio non possit procedere, nec verificari quia eo ipso quod offensus mortuus, & occisus est, finita est actio injuriarum, quia ad ipsum non transit, cum sit mortuus. Item nec ad haeredes, quia actio injuriarum, vel alia competens ad vindictam non transit ad haeredes, nisi decedat lite jam contestata, ut in *l. una, Codic. ex delictis defunct. cum similib.* & latius dixi suo loco. Sed ad hoc notabiliter respondeo, quod ille textus & ejus conclusio necessarii debet intelligi, quando filius familiae est offensus & occisus, vel servus iudicis in contumeliam domini, quia his casibus patri & domino queritur actio injuriarum, ut supra dictum est; unde licet filius vel servus sit mortuus, adhuc durat actio injuriarum competens patri, & domino ex sua persona & similiter competit eis, & cuilibet de populo accusatio legis Corneliae de sicariis propter homicidium, sed his casibus disponit ille textus quod talis pater, & dominus non possit intentare praedictam actionem injuriarum, quia fieret praedicta accusatio legis Corneliae de sicariis, cum utraque competat ad vindictam: ita praesertim tenet & declarat Glossa ordinaria in *dist. §. si dicatur,* & ibi Bartol. & communiter Doctores. Ex quo textu notabiliter potest inferri, quod si offensus egit actione injuriarum, & pendente processu sequatur mors, amplius non debet procedi in eo per haeredes, sed iudex potest rejicere libellum, & jubere, ut procedatur in accusatione leg. Corneliae de sicariis, ut latius dixi, & probavi supra in delicto homicidii, §. quesi.*

Actio in
juriarum
queritur
domino ex
morte ser
vi.

Item etiam quarto principaliter, quibus modis tollatur actio injuriarum? & magistraliter & resolutivè dico, quod duobus. Primo modo, pacto expresso, scilicet, quando offensus gratis vel pretio remittit injuriam: textus est in *l. si tibi decem, §. primo, ff. de palli.* Cujus verba sunt: Quaedam actiones per pactum ipso jure tolluntur, ut injuriarum, item furti, & ibi notat Bartolus & communiter Doctores, textus in *leg. si unus, §. pactus ne peteret, vers. sed si pactum, cod. tit. text. in l. non solum, §. primo vers. proinde ff. de injur.* Cujus verba sunt: Proinde, & si pactum de injuria intercessit, & si transactum sit, & si jurandum exactum attitit erit, injuriarum non tenentur. Secundo modo injuria tollitur tacite, scilicet praescriptione; nam si offensus intra annum non agit actione injuriarum civiliter & crimi-

15
Actio in
juriarum
quibus
modis tolle
litur.

criminaliter, lapsu temporis est praescripta illa actio, ut amplius non possit intentari, textus est formalis, & expressus in l. si non convicius, in fin. §. de injuriis. Cujus verba sunt: Cum injuriam actio annuo tempore praescripta sit, & ibi communiter Doct.

Dubium tamen est, an actio injuriarum quae descendit de jure civili in tribus casibus, scilicet, quando quis pullatus vel verberatus est ab alio, vel domus ejus per vim introita, quos punit text. in l. lex Cornelia, ff. de injur. sit annualis vel perpetua; & videtur quod perpetua, & sic duret per 20. annos, cum regulariter omnis actio de jure civili illo tempore duret, ut in l. sicut in rem, C. de praescri. t. 30. vel 40. annor. & in §. 1. Instit. de perpet. & tempor. action. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet. Gloss. ordinaria secundum opinionem Marfil. in d. l. si non convicius, C. de injur. & ibi Odofr. Petr. Cynus, Faber, Baldus, Angel. Salyc. Gloss. ordinaria in d. lex Cornelia, ff. de injur. in gloss. 1. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum: imò, quod modò actio injuriarum descendat de jure civili, modò de jure praetorio, semper duret anno, & non majori tempore, per text. in d. l. si non convicius, Codic. de injur. & ita tenet Gloss. ordinaria in leg. 1. consuet. pecun. in verb. 30. gloss. in §. Sed & l. Cornelia, institut. de injur. in gloss. 2. in §. 1. Instit. de perpet. & tempor. action. in verbo, constitutionibus, in fin. Azo in summa, Cod. de injur. fin. columni. 29. Jacob. de Butt. & alii Doctores. in d. l. si non convicius, Cod. de injur. pro qua sententia & conclusionem est hodie lex penult. titul. 9. 7. part. Item etiam tollitur tacite si offensus locutus est cum offensore, vel cum salutavit, vel risit, vel comedit cum eo, vel alio simili modo pacifice & jocose conversatus est cum eo, quia per hoc tacite videtur remittere injuriam, ita probat text. in l. non solum, §. primo, ff. de injur. & ibi communiter Doctores. textus in §. fin. Instit. eod. & ibi Gloss. ordinaria Faber, Angelus, Platea, & communiter Doctores. tenet etiam Baldus, & communiter Moderni in leg. filio quem, ff. de lib. & posthum. Idem Baldus in l. in injur. C. san. ex. in l. 1. ff. de pactis, §. eod. n. 5. idem probat & disponit ex penult. tit. 9. 7. part. Quod intellige notabiliter, nisi ex quadam honestatis necessitate offensivas hoc debuisse facere, ut si ambo fuissent invitati & positi ad unam mensam, vel si simul receperunt pacem in Ecclesia, ita tenet & declarat Faber in d. l. §. fin. Instit. de injur. & ibi Angel. de Aretin. Item etiam adde quod in his casibus sublata injuria, & ejus actione, non deletur sublata actio quoad damna, & sumptus, & interesse, ut supra proxime dixi.

Finaliter & postremò pro complemento materiae, quare an offensor, qui fecerit alteri injuriam, possit petere ab offenso, ut praestet sibi cautionem cum fidejussoribus de non offendendo? & breviter, & resolutivè dico, quod sic: quia regula, & doctrina juris est, quod quando aliquis timet offendi ab alio, potest implorare officium judicis, ut illum compellat sibi praestare idoneam cautionem, & securitatem de non offendendo. Ita probat text. capitalis & expressus in l. denunciamus, vers. nam si quis, Cod. de his qui ad Eccles. confug. Cujus verba sunt: Nam si quis aliquid contra legem à quibusdam asinet perpetrari, liceat adire judicem, & legitimum postulare praesidium, & ibi ad hoc notat & com-

Tacita remissio in injuriarum

Offensor an possit petere ab offenso cautionem de non offendendo.

mendat Cynus, Alber. Salyc. Faber. & istam sententiam & conclusionem tenet Specul. in rubric. de diversis caus. videtur, 2. column. vers. quid si timeo, n. 9. & ibi Joan. Angel. Innoc. in c. 1. de officio deleg. 1. column. in fin. num. 6. Abb. in rubr. de treuga & pace, 1. column. num. 2. & ibi notabiliter Felin. Batt. in l. qui bona fide §. qui damni ff. de damn. infect. & ibi Imol. & communiter Doctores, idem Batt. in l. 1. C. in quib. caus. coloni dominum accusare pos. lib. 1. Bald. in leg. 1. §. quies, ff. de offic. pref. urbis. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. praeerea, ff. de quest. num. 45. ubi plene loquitur, pro qua sententia & conclusionem facit textus in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. pref. Cujus verba sunt: Ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, neve defensores eorum calumniis criminibus infestentur innocentes, ad religionem praesidis provincia perinet, & ibi plene notat Bartol. post Guillelm. & antiquos. Tertio facit textus in leg. aquissimum, ff. de usufruct. ubi habetur, quod quando super aliqua re, vel possessione speratur rixa, vel scandalum, judex debet ex officio prohibere, ne partes veniant ad arma. Quarto facit text. in l. congruit, ff. de off. prefid. ubi habetur, quod ad iudicis officium pertinet purgare provinciam malis omnibus post delictum commissum, & eos puni re ergo eadem ratione debet obviare, & prohibere delictum committendum. Quinto facit textus in leg. si su. et possessione, Cod. de transact. ubi habetur, quod si quis sperat vim sibi fieri super aliqua re, vel possessione potest petere à iudice, ut prohibeat: idem probat textus in leg. ff. de off. procur. Casar. textus in leg. si ferus, Codic. quod cum eo. Sexto facit, quia si pro securitate rerum praestatur idonea cautio, ut in res. titul. ff. de damn. infect. ergo à fortiori pro defensione personae, quae cunctis rebus preferenda est. Septimo facit textus in authent. de mandatis principum, §. deinde competens, collat. 3. ubi habetur, quod iudicis majores debent providere, ne officiales, vel aliae personae laedant subditos & subjectos. Octavo facit textus singulariter in suo casu in cop. literas, in fin. de restit. spo. ubi disponitur, quod propter levitatem viri, quando mulier verisimiliter timet offensam ab eo sibi fieri, potest implorare officium judicis, & petere idoneam cautionem, & securitatem de non offendendo, & si per hoc plene sibi non est consultum, potest petere divortium quoad thori separationem & mutuam cohabitationem, & ad hoc notat & commendat ibi Abbas & communiter Doctores, & eum reputat singularem & unicam idem Abb. in cap. 1. de divorciis. Quod notabiliter extendit, ut procedat etiam si culpa petentis cautionem orta est inimicitia, quia ipse offendit alium sine causa: ita Bartolus singulariter in leg. qui bona fide, §. si quis iuste, ff. de damn. infect. & ibi alii Doctores, Joan. de Imol. in §. qui damni infect. ejusdem legis. Felin. in rubr. de treuga & pace, §. qui timeo, 2. column. vers. 8. declaratio. Secundo extendit, ut talis offensus teneatur dare praedictam cautionem, & securitatem pro se & consanguineis suis amicis, & familiaribus: ita Bartol. in d. l. leg. illicitas, §. ne potentiores, 2. column. numero 5. post Guillelm. ibi Salyc. in d. l. denunciamus, Bald. in l. 1. Cod. de Episc. & Cler. 2. col. vers. 6. operatur. Felin. in d. rubr. de treuga & pace, 1. col. vers. quinta declaratio. Tertio extendit, ut iudex ex officio suo etiam parte non petente possit compellere partes invi-

Mulier potest petere sibi dari cautionem quod non offendatur à marito.

17 Dubium.

tem hanc cautionem, & securitatem praestare, quia in hoc venit publica utilitas, sicut in puniendo delicto, postquam est commissum, argumento textus in l. congruit, ff. de offic. praesid. cum similibus, & eorum quae tradit Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infecto. Confirmatur per textum in leg. quies, ff. de offic. praesid. urbis, ubi probatur, quod iudex debet subditos conservare in pace, rumores impedire, & subditos ad quietè vivendum non solum hortari, sed etiam cogere; nam plerumque status publicus ex privato turbatur, & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & alii doctores, & in expresso ita tenet Alber. in leg. aquissimum, ff. de usufr. ut. quam legit in §. praecedenti. Quarto extendit, ut possit quis ultra praedictam cautionem petere à iudice, ut sibi liceat ducere familiares, vel amicos, vel custodes armatos pro sua defensione, argumento textus in leg. fin. Cod. de erog. milit. annor. lib. 12. per quem ita tenet Bartol. in leg. sanctum, ff. de rerum divis. idem Bartol. in leg. illicitas, §. ne potentiores, ff. de officio praesidis 2. column. num. 8. Salycet. in leg. denunciamus, Cod. de his qui ad Eccles. confug. Unum tamen est, quod iudex non debet compellere partes praedictam cautionem, vel securitatem praestare in perpetuum, sed tantum ad tempus suo arbitrio moderatum, argumento textus in l. 4. ff. de damn. infect. textus in l. finita, eod. tit. textus in leg. qui bona fide, §. fin. eod. tit. quibus probatur, quod quando domus minatur ruinam, dominus ejus non tenetur praestare cautionem damni infacti perpetuam, sed temporalem, & finito tempore potest per iudicem revocari: probat etiam textus in leg. de die, ff. qui satisd. cogant. textus in l. 1. §. ait pretor, ff. de jure delict. per quae jura ita tenet Angelus, Imol. Alexand. & communiter Doctores in d. l. 1. §. ff. de damn. infect. Bart. in leg. illicitas, §. ne potentiores, de off. pref. 2. o. n. 7. Angel. & Imol. in leg. p. nulli, ff. de prator. stipul. Felin. in rubr. de treuga & pace, 1. col.

* Ex quibus infero, quod si non probetur inimicitia vel offensae, de qua supra, sed tantum probetur minas processisse, an teneatur praestare talem cautionem, & vidi de facto, & resolutivè dico, quod sola mina non sufficeret: quia intelliguntur per vim justitiae.

Advertendum tamen, quod est dubium notabile circa praedicta, si talis inimicus offensus non habeat, nec invenire possit talè securitatem, & fidejussores, quid debet facere iudex; & certè articulus est necessarius, & contingibilis. Sed in eo resolutivè dicere, quod si ex qualitate personae verisimiliter appareat non posse dare praedictam securitatem, & fidejussores, quia fortè est advena vel pauper, tunc sufficeret dare juratoriam cautionem, argumento textus in authent. generaliter, Cod. de Episc. & Cleric. textus in §. ita hodie, Instit. de causat. textus, & ea quae ibi notantur in leg. sancimus, Cod. de verb. significat. Si tamen verisimiliter appareat posse praedictam securitatem, & fidejussores praestare, benè poterit incarcerationi, donec eam praestet, & in terminis ita tenet Alberic. in leg. non est verisimile, ff. quod metus causa, Jafon. in leg. sancimus, Cod. de verb. significat. fin. col. Confirmatur ex Glossa singulari in leg. 1. ff. qui satisd. cogant. ubi dicit, quod impotentia dandi fidejussores, quando res est dubia, probatur juramento; & ita tenet & declarat ibi Paul. Alexand. & Jafon. & ita saepe dixi, & consuli

in personis pauperum. Et ex superioribus potest deduci, & inferri, quod si aliqua meretrix, vel mulier inhonesta sit, & habitet in aliqua via publica, vel vicinia civitatis, vel oppidi, possunt petere vicini ejus petere à iudice, ut eam expellat, ne occasione ejus oriatur rixa, vel scandalum inter vicinos illo loco habitantes, ne & eos, & filios, vel familias eorum inficiat, & in expresso ita probat textus in leg. nullus, Cod. de summa Trinit. & de fidei Carbo. ubi habetur, quod haereticus debet expelli de civitate, ne alios inficiat, & per eum ita tenet ibi Paulus de Galt. & Petr. de Vernia in addit. ad Jacob. Butt. collectarius in cap. propter locato, column. num. 16. & Capoll. in tract. de servit. 2. lib. cap. 5. & idem etiam est in leprosis, vel infirmis morbo pestilentiali secundum Doctores, & ita dixi, & consului in questione de facto, in causa militi commissa in hac civitate, pro quibus facit etiam bonus textus in authent. de lenonibus, §. non enim permitimus, collat. 31.

Vicini possunt petere expelli meretricem de vicinia.

90.

ANNOTATIONES.

Quando quis fecit, & dicitur, & c. Videtur de hæc de Did. à Covarr. lib. 1. resolut. t. 2. p. 6. v. 1. pag. 17. Placem lib. 5. delict. 3. num. 1. Jul. Clarum in pract. 5. ult. quest. 86. vers. libelli famosi, quod insuper rectè cum multis extraordinariis penis, dumtaxat locum hodie ex usu esse asserit, & si revera nihil ab ordinariis statisque penis imminui debet; quid enim turpius, scelerius, & quovis supplicio dignius, quam hominem abirentem, atque ignorantem, sic calumnia traducere, vel tradendum, atque ignominie nota conf. utatum non tegere, non celare, sed potius indicare ac pro virili-palium facere: quod autem noster Gomez. putat, eum etiam, qui tantum libellos famulos legit, esse eos alteri non enuncisverit, extra ordinem tamen puniendum esse, & fatuum & durissimum arbitror, repugnat enim aperte l. lla 1. C. de fam. lib. & scita interpretum omnium doctrina infligendam poenam negat, ubi à jure expressum non insiguit.

Breviter & resolutivè dico, J. Videtur quae hac de memoria prodiderunt Plac. delict. lib. 1. cap. num. 3. Alexand. de Nevo, conf. 82. n. 5. Jul. Clar. in pract. 8. injuria, vers. item quare, nec silentio praeterendum est, aut obliivioni tradendum, quod eleganter, & acutè Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 1. ad fin. sic inquit:

Si mala consideris in quem quis carmina, jus est iudiciumque esto, si quis mala: sed bona si quis Judice, consideris, laudatur Casare: si quis Opprobriis dignum laudaverit, integer ipse? Solvemur risu tabula, tu missus abibus.

Quamobrem quicumque noxam hanc opellam legis, illum precor, meum libi. A. A. nequam, nefarium, impium, ex legem, nebulonem, conviciis fommis direxatum abominare, execrare, ac ditis fustisque omnibus devove, quem hominum opprobrium, virtutis studioforum infestissimum hostem ab hominum cæta atque ideò ab hujus auz vitalis, quam inquinat, conspiciat Deus Optimas Maximus quam certissimè averruent.

Advertendum tamen quod licet, J. Veror, ne hæc nostri Gomezii animadversio veta non sit, quia ex illa ingens convitiis aperitur fenestra, & vasta atque improbabilis convitiatoribus defensionis suppeditatur ansa, tum etiam quia apud plerisque omnes interpretes receptum est nihil injuriam inferenti profuratum, prostanti se non contumelias, injuriarè inferendæ animo id profert, si ex aliis conjecturis non idem probabiliter commoustrare possit ut est Bart. recepta doctrina in l. si quis extraneus, in prin. n. 3. & seq. ff. de acquir. heredit. quam frequenter placitam attestantur Socin. conf. 118. num. 5. lib. 1. Jul. Clar. in pract. 5. injuria, vers. sed non, & est notabilis textus cum Glossa in l. sponsozii, C. de injur. quocirca quævis causa ab hoc delicto & ejus penas excusare non poterit, nec debet: denique reipublice interest ad penas fugiendas, probet, omnino requiritur, ut constet ex Boer. conf. 4. num. 4. & 48. & hæc probatio facile eluderetur, si quævis iusta, vel injusta credendè

credendi causa illius vices explet. Nec obstat legitime...

7 Confessio & veritas iudicis. Ex his planè confirmari...

ADDITIONES

CAPUT VI

De Injuria.

SUMMARIUM.

- 1 Dolores referuntur materiam explicantem.
2 De libellis famosi.
3 De injuria verbali, & an veritas ejus excusetur...

remissione injuria?

Quo tempore delicti aditio tollatur...

17 Qui injuriam intulit an possit petere ab offensa...

Judex an possit compellere ad concordiam, & pacem?

18 An sufficiat cautio juratoria si non inveniat...

Cautio quando intelligatur cum fidejussore.

Mortuus, & postea infestus possunt expelli...

An pro condemnatione in hoc crimine habeatur...

locum cessio honorum, remissio.

An injuriam actio competat heredi, vel contra...

heredem?

19 De injuria facta hiltioni, & similibus personis.

Explicatur presentem materiam latissime. Præter...

Ad num. 1. ibi: Primo modo fit alicui injuria...

Injuriam tripliciter fieri, verbo scilicet, re, & facto...

belli famosi, & ejus penam declarat & tandem contra...

Ad num. 2. ibi: Secundo modo fit simpliciter...

Verbo etiam fieri injuriam punibilem alicui...

num. 16. Diana resolut. 13. tom. 5. tract. 4. Fachinus...

15. Escobar de puritate sanguinis, 2. p. q. 3. Azved. in l. 1. tit. 10. l. 8. n. 8. ubi de injuria...

in absentem, & l. 2. ex num. 205. latè Farinacius...

de quest. 30. & 105. ex num. 226. ubi numerus præcedentibus...

congerit; & tandem, ex judicio meo, optimam resolutionem adducit...

si sumus in judicio veritas convicti excusat, si ex causa legitima...

proferatur, si vero sumus extra judicium, aut injuria est facta...

per libellum famosum, & tunc veritas non excusat; aut eic facta...

verbo, & non scripto, & tunc si injuriam proferens...

excusat dummodo non excusetur: aut non fuit provocatus...

prolutionem excusat, licet verum dicat, secus si sine animo...

injuriandi, & cum causa eam protulerit; eum vide & Pichardum...

in §. injuria 1. Instit. de injuriis, num. 8. ubi verius dicitur...

antea dixerat Covarruvias in cap. 11. l. 1. variarum, num. 6. non exculare...

veritatem criminis si animo injuriandi dicitur, qui animus...

semper præsumitur nisi ferret alia ratione fecisset; quælibet enim...

causa etiam fatua, & injusta, excusat à dolo; prout etiam magis...

declarat ipse Pichardus numer. 47. ibidem; quem etiam videas, &...

Gratianum in disceptationibus, cap. 81. num. 3. ubi quod non fit injuria...

per hæc verba: Tu dicis mendacium, vel falsum, & Cenedus...

Salzedus agit de Clerico injuriante, Salgad. de proce. 2. parte...

cap. 4. ex numero 169. & 4. parte cap. 12. ex num. 108. ubi de Clerico...

& Nobili; & quod in hoc casu non fit relaxatio sub fidejussoribus...

Gutierrez l. 4. q. 19. n. 5. & Pichard. in manduct. 3. parte, §. 4. num. 72. ubi etiam de Clerico...

& Nobili, quod non tenetur palinodiam recantare Aviles in proem. cap. præ. ex n. 20. ubi de uxore Nobili.

Ibi: Advertendum tamen, &c. De errore, & causa accusante ab hujusmodi...

delicto, vide Pichardum supra, §. injuria Instit. de injuriis, num. 18. &...

latissime Farinacium, quest. 90. ex num. 1. ubi limitat, & declarat...

post plures ampliationes; eum vide ibi: & questio 16. numero 67. & sequentibus...

ubi quod sine dolo, & animo, injuria non committitur.

Ad numerum 3. ibi: Tertio modo fit alicui injuria, facta, &c.

Injuriarum actione teneri eum qui injuriam facta intulit, ut si...

aliquem manu, vel alio quolibet instrumento percussit, vel domum...

per vim introivit, vel manum adversus alium levavit, ut hic resolvitur...

docent Clarus in §. injuria, in prin ipso, Plaza in epitome delictorum, l. 1. cap. 6. ex num. 2. ubi...

de minante cum baculo, vel utello, Boer. acci. 323. & alios referens Pichard. in manduct. 3. p. §. 4. n. 7. 2. ubi...

etiam quod pena arbitraria est imponenda pro injuria facta illata, & plura exempla...

hujus injurie afferens Farinac. q. 105. n. 6. & conf. 36. in addit. Avend. 2. p. cap. 21. præ. n. 2. ubi...

de injuria facta signo, Azvedus in rubrica, tit. 10. l. 8. num. 24. cum vide, ibi & l. 2. n. 85. & 86.

Ad num. 4. ibi: Item adde quod injuria, &c. Atrocem dici injuriam...

ratione facti, vel personæ, vel loci, hic resolvitur, docent omnes sup. citati, num. 1. maxime...

Menochius de arbitrar. casu 263. Plaza in epitome delictorum, l. 1. cap. 6. Gregorius in l. 2. tit. 16. p. 1. l. 4. tit. 7. partia 6. l. 8. tit. 31. partia 7. Azvedus...

tit. 10. l. 8. Recop. in rubrica, numer. 23. Barbosa in collectanea cap. v. de maledictis, numer. 4. ubi de injuria facta multis presentibus; & cap. 17. de sententia...

Injuria fieri alicui, vel immediate in propria persona, vel per filium in eius potestate existentem, vel per uxorem, vel per servum quando est atrox injuria, vel in contumeliam domini facta, item si cadaveri, & heredi competit actio pro ea, vel consanguineis, ita Gomez, hic, & docent late Plaza in epitome delictorum. l. 1. cap. 6. n. 16. & sequent. Clarus in §. injuria, ex n. 4. Petrus Faber. l. 3. semestrium, c. 9. Petrus Gregor. in synag. l. 38. c. 3. ex n. 11. Azevedus in rubr. tit. 10. l. 8. num. 66. ubi laudat Gomezium in leg. 1. n. 8. & l. 2. n. 190. & latissime Farin. quest. 105. ex num. 25. usque ad num. 305. ubi alias plures personas enumerat, per quas nobis fit injuria, latissime amplians, & limitans, & etiam disputat ad quem pertineat petere, vel remittere injuriam, Pichardus in §. patiur, instit. de injuriis, ubi etiam quis possit remittere injuriam, vel egere pro eajterum Farinac. q. 14. ex n. 35. ubi n. 41. quo mater non potest remittere injuriam filio illatam, vide Azevedus in l. 2. tit. 10. l. 8. late ex num. 115.

7 Ad num. 6. ibi: Et de eo quod si in contumeliam domini, &c. Injuria facta famulo, vel Monacho aut Clerico, & an Domino, abbati, & Ecclesie facta intelligatur, ut resolvit Gomezius, docent late Plaza in epitome delictorum. l. 11. cap. 6. n. 15. Bajardus ad Clarum §. injuria, num. 39. Azevedus in l. 2. tit. 1. l. 1. Recopilationis, num. 9. Matienzo in Dialogo, 3. parte cap. 55. & alii plures relati a Farinacio dicta quest. 05. ex num. 277. ubi de injuria facta famulo, & num. 297. & sequent. ubi de injuria facta Clerico, & n. 295. ubi de Monacho injuria affecto, de quo etiam Thomas Sanchez in summa, l. 6. cap. 12. n. 5. & 6. ubi alios refert & contra Farinac. quest. 13. n. 26. docent, solum Superiorem posse remittere injuriam factam Monacho de quo Azevedus in l. 2. tit. 10. l. 8. Recop. ex num. 115. Barbosa in collect. c. 7. de sine. ex com. ubi quod satisfactio injuriarum facta Clerico etiam debet fieri Ecclesie.

Ibi: Adde tamen, &c. Patrem posse remittere injuriam filio illatam, etiam invito filio, nisi sit vilis, & turpis persona, ut hic resolvit, docent Doctores sup. citati hoc num. & Azeved. maxime, & Farinacius d. quest. 105. ex n. 234. Tufchus lit. l. conclus. 163. Pichard. in §. patiur, instit. de injuriis late, vide Fachinam l. 9. cap. 4. & Rodriguez de redditibus, l. 3. quest. 7. num. 68. Barbosa l. 2. sm. ff. de luto matrimonio.

Advertendum tamen est, quod licet regulariter cuilibet liceat propriam condonare, vel remittere injuriam, tamen aliquando id non permittitur absque gravi culpa, veluti si injuria tenderet in grave prejudicium monasterij patris, seu familiae, ut ex Arag. l. 2. q. 2. artic. 2. Petr. Navar. de test. l. 2. cap. 4. n. 385. 393. & seq. Lessius de just. l. 1. c. 1. n. 24. n. 129. Sayr. in c. avi Reg. l. 1. c. 6. n. 16. Regis. in pract. l. 10. n. 3. Joa. Sanch. Abul. s. l. d. disp. 45. ex n. 6. & aliis optime resolvit Escobar. de pur. sang. q. 1. §. 8. ex n. 17. quem videas in 22.

8 Ad numerum 7. ibi: In quo articulo magistratibus, & resolutio dicitur, &c. Pro injuria posse civiliter agi ad penam pecuniariam patri applicandam pro satisfactione injuriae, vel criminaliter ad vindictam, & tunc imponi debere penam arbitrariam, ut latius explicat Gomezius, docent Clarus §. injuria, & ibi

Bajardus, Gail. l. 1. observat. 65. Covarr. variar. l. 2. c. 10. n. 7. Azeved. in rubr. tit. 10. l. 8. Recop. ex n. 63. & l. 2. 194. Boffius de injuriis, n. 11. Plaza in epit. delictorum. l. 1. c. 6. n. 30. & seq. Surdus de off. Mantuan. 89. n. 10. optime Pichard. in §. in summa, instit. de injuriis, & latissime Farinacius q. 20. n. 59. ubi an revocans injuriam, penam evadat? & quest. 26. n. 33. & sequent. ubi an pena pecuniaria convertatur in corporalem ob paupertatem? & quest. 105. ex n. 25. ubi n. 28. & seq. explicat per conclusiones, an per electionem civilis actionis tollatur criminalis, vel e contra? & postquam regulam constituit affirmativam, cum utraque actio tendat ad vindictam, num. 30. secundam facit conclusionem; quod si primo loco intentata sit actio, non ad estimationem injuriae, sed ad damna, & interesse, tunc non censetur prohibitum postea intentare actionem criminalem, & e contra; vide cum ibi per septem conclusiones, quas adducit, & usque ad num. 82. ubi latissime agit de hac pena, & etiam D. Larream de off. Granat. 98. ex num. 1. & 69. & seq. & allegatione fiscalis 95. ex n. 34. & Noguera, allegatione 12. n. 11. Barbosa in collectanea, c. 7. de injuriis, numer. 4. ubi quod injuriam inferens Clerico punitur per Judicem Ecclesiasticum; & ibi n. 6. quod estimatio injuriae potest fieri per partem cum juramento.

Ad numerum 8. ibi: Et in tantum est verum, &c.

Penam arbitrariam hoc casu, & similibus posse extendi usque ad mortem, si gravitas delicti hoc petat, & confuctudo loci ut hic resolvitur docent Bernardus Diaz in reg. 379. vel 147. Vivius in eorum ibus opin. verb. Juvisis r. b. v. n. 2. Grassus i. suis communibus, l. 2. c. 6. quest. 1. Boffius tit. de injuriis, num. 30. Azevedus in rubr. tit. 10. l. 8. ex num. 65. Thomas Sanchez in consil. moral. l. 3. cap. unico, dubio 14. Cenedus collectanea 26. ad Decretales, numer. 3. Perez de Lara in compend. vite bonae, cap. 25. num. 65. & alii ferè in unum consensit a Farinacio q. 17. num. 34. 35. & sibi ubi limitat, & declarat; & num. 53. & seq. ubi item declarat, & iterum quest. 10. n. 204. & consil. 32. n. 6. Cevallos etiam plures pro hac & pro contraria parte afferens qu. 304. som. 1. Pichardus in §. in summa, instit. de injuriis, num. 26. Molina de justitia, tom. 4. disp. 40. n. 14. & vide Fachinam l. 9. controv. cap. 45.

Ad num. 9. ibi: Poterit etiam agere ad damna, & expensas, &c.

Quod ultra supradicta debeat etiam fieri satisfactio damni & expensarum, ut hic resolvitur, docent Gail. observationes 65. l. 1. n. 2. Thefaurus de off. Pedemontana 15. num. 8. & seq. Barbosa in collect. cap. 14. de Judicia, & Sarac. n. 2. & alii communiter; casus ratio est aperta, quia quando judicium civile est de re familiari, criminale verò de vindicta, & publica ultione, tunc una actio aham non tollitur, docent Lancellotus in tractatu de attentat. 2. parte, §. 4. limitatione 23. num. 40. Cujacius l. 2. observat. in cap. 23. & 25. Paz in pract. tom. 4. variar. cap. 23. ex num. 26. & plures referens Farinacius quest. 105. n. 10. & quest. 41. num. 4. ubi an condemnatus civiliter pro injuria possit iterum aculari: Gregorius Lopez in l. 1. titulo 9. partia 7. Covarr. dicit libro 1. fundus, de variarum, capite decimo, numer. 1. primo; Molina de justitia, som. 4. disp. 40. num. 19. late Azevedus in rubrica, tit. 10. l. 8. n. 68. & Pichardus de off. in summa, instit. de injuriis, num. 13. vide etiam Farina-

riacium quest. 27. num. 143. & D. Larream de off. Granat. 98. ex n. m. 59.

Ibi: Ex quo inferitur, &c. Vide quae diximus supra, cap. 3. de homicidio.

11 Ad numerum 10. ibi: Quae actio competat pro his damnis, &c.

Et ibi: Unde aliter, & tertio dicamus, &c. Actionem utilem legis Aquiliae competere pro his damnis repetendis, & per viginti annos durare, ut hic resolvitur docent aliqui ex supra relatis, & Pichardus in principio Instit. de lege Aquilia, n. 28. & in §. in summa, Instit. de injuriis, num. 17. ubi declarat Molina de just. tom. 4. disp. 40. num. 20. & melius dispost. 42. num. 11. ubi explicat, & vide conclusioni. 33. post opera Roderici Suarez.

Ad num. 11. ibi: Advertendum tamen, &c. Quod si offensus decedat, fiat estimatio operatum secundum dispositionem text. in leg. hereditatum, commutation. ff. ad legem Falcidiam, si autem remanet vivus, sed impeditus ad laborandum, debeat fieri condemnatio pro annua quantitate praestanda pro tempore vitae ejus, ut hic resolvitur, diximus jam supra, cap. 3. n. 39. ubi videbis, & Molinam de justitia, tom. 4. disp. 40. n. 19. ubi etiam advertit quod obligatio haec ad damna, locum habet ante Judicis condemnationem in foro conscientiae, licet secus sit in eo quod poenale est; & tom. 3. disputat. 697. ex num. 33. & disputatione 698. & Pichardum in §. item is, instit. de obligat. qua ex quasi maleficio, &c. ex num. 20. & Farinacium quest. 119. ex numer. 93. latissime.

13 Ad num. 12. ibi: Unum tamen est, &c.

Quod cicatricis nulla fieri debeat estimatio praeterquam in femina innupta, & in servo, vel animali; bene tamen etiam in homine libero debeat augei condemnatio, ut hic resolvitur, docent post Barolum in tractatu de cicatricibus, Zalius l. 2. responsorum, cap. 12. Cachernas de off. 107. Covarruvias l. 2. variar. cap. 10. num. 7. Plaza in epitome delictorum, l. 1. v. cap. 6. num. 32. & plurimos referens, & late explicans Farinac. quest. 18. ex num. 97. & quest. 119. ex num. 118. Pichardus in §. item is, instit. de obligationibus, quae ex quasi maleficio nascuntur, num. 28. & §. ceterum, instit. si quis servus pauperem se esse dicatur, n. 4. Molina de justitia, tom. 4. disp. 40. num. 20. Diana resolut. moral. tom. 5. ad l. 1. Sanch. in consil. moral. l. 1. cap. 4. dub. 1. n. 11. vide Ofuald. l. 15. c. 24. lit. l.

14 Ad numerum 13. ibi: Item adde circa praedicta, &c.

Quod remittens injuriam gratis, vel pretio, non videtur remittere damna & expensas, vel interesse, nisi aliud dictum fuerit, ut hic resolvitur, comprobant late Covarruvias variar. l. 2. cap. 10. num. 7. Plaza in epitome delictorum, l. 1. v. cap. 6. num. 40. ubi etiam addit, quod remittens damna, non videtur remittere expensas, Myningerus observat. 10. centur. 3. Clarus §. fin. 7. 58. versio. Quero modo; & ibi Bajardus num. 68. Menoch. de praesump. l. 3. praesumptio. 114. ex n. 11. Malfardus de probation. conclus. 902. n. 29. Gratianus disceptat. cap. 518. n. 14. Escobar de puritate sanguinis, quest. 1. §. 8. num. 16. ubi quod remissa injuria in foro populi, non videtur remissa publica satisfactio, de quo etiam Cenedus collectanea. 2. ad sextum Decretal. num. 5. Molina de justitia, tom. 4. disp. 142. ex n. 6. Paz in pract. 1. Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. III.

tom. 5. part. c. 3. §. 6. num. 88. Farin. quest. 105. ex num. 365. ubi n. 369. & seq. declarat dictam resolutionem non habere locum, si plena remissio facta fuerit; ex Menochio dicta praesumpt. 114. & aliis Fachinacius l. 10. controv. 1. c. 58. Suarez allegat. 23. n. 10. vide etiam Gutierrez de tutelis 12. part. cap. 7. n. 9. & iterum Farinacium quest. 15. num. 13. Cancercium 2. parte, c. 11. num. 91.

Ad num. 14. ibi: Item adde, &c.

Quod si ex injuria sequatur homicidium, non possit pro ea agi civiliter, sed criminaliter, ut docet Gomezius, comprobant Socinus consil. 137. ex n. 10. Decius consil. 66. Carreirus in practica, tit. de homicidio, & assasin. §. circa secundum, Boffius tit. de homicidio, ex num. 107. Covarruvias variar. l. 2. cap. 9. ex num. 2. Plaza in epitome delictorum, l. 1. c. 10. ex quibus omnibus colliges pro homicidio poenam mortis esse imponendam, quamvis pro damnis & interesse etiam agi possit incidenter, ut dictum manet in capite de homicidio.

Ad num. 15. ibi: Et magistratibus, & resolutio dicitur, &c.

Actionem injuriarum duobus modis tolli, primo remissione injuriae, secundo per lapsum anni, ut resolvit Gomezius, comprobant Plaza in epitome delictorum, l. 1. cap. 6. num. 43. Clarus §. injuria, num. 12. Malfard. de probat. con. l. 1156. n. 24. Covarruvias l. 2. variar. c. 10. n. 7. Pinel in l. 1. C. de bonis matris, 3. parte in fine, ubi de patre remittente injuriam illatam filio Castillo in l. 47. Tawi, in fine, & in l. 55. in principio, ubi an pater possit agere pro injuria filiae nuptae; Barb. in l. Lucius ff. solut. matrim. ex n. 2. Azeved. in l. 2. tit. 10. l. 8. n. 157. & seq. ubi de modis quibus injuria remittitur, Suarez tit. de los matrimonios, num. 35. & n. 39. (& vide conclus. 31. post opera Roderici Suaez) Avena dañus, 2. parte, c. 21. pratorum, num. 1. Gratianus in regul. 328. ubi etiam de patre remittente injuriam filij, Parladorus differentia 515. §. 3. Farin. q. 14. ex n. 34. & consil. 98. & latius q. 105. ex num. 334. usque ad 383. ubi de omnibus modis remittendi injuriam, post Malfardum; quem commendo, de probat. conclus. 902. Gratian. disceptation. cap. 284. ex num. 26. Tufchus lit. l. conclus. 164. Molin. de justitia, tom. 4. disp. 42. Barbosa in collect. c. de maledictis, num. 6.

Item de secundo modo quo tollitur injuriarum actio, per lapsum scilicet anni, vide praeter supra citatos, Pichardum in §. sed & lex Cornelia, Instit. de injuriis, n. 7. & 8. ubi veritorem, & communioem opinionem appellat, dicentem actionem praetoriam injuriarum analem esse; & lege verò Cornelia descendente, perpetuam; eum vide, & Canc. variar. 2. parte, c. 111. n. 101. Farin. q. 10. n. 21. & seq. & Greg. in l. 22. tit. 9. p. 7. glossa 1. & 2. iterum Pichard. in §. hac actio, Instit. de injuria, num. 5. & 14. Clarus in §. injuria, num. 9. Azevedum in leg. 2. tit. 10. l. 8. Recopil. n. 18. Cevallos quest. 679. ubi an annus curat ignorantiam; Pichard. in principio Instit. de perpetuis, & temporal. act. on. num. 20. & 37. & vide conclus. 33. post opera Suarez.

Et adde, quod Princeps pro bono pacis potest remittere injurias inter unum Regnum & alterum; item damna accepta, & hoc sine consensu subditorum; Jaso & Doctores in l. conventionem, ff. de passis, & licet ac quod satisfact. subdans de bonis occupatis ab hostibus, ut ex aliis

resolvit Soula in tit. de pascis, articulo 2. vide eum, & Joannem Gratianum in reg. 403. & Avendañum 2. p. c. 10. prior. in fine, & latè Farinac. q. 107. ex n. 6. & Thom. Sanchez in consil. moralib. l. 3. capite unico, sub. 19.

Ad numerum 16. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Injuriam inferens quod possit petere cautionem de non offendendo ab injuriato, etiamsi culpa sua orta fuerit inimicitia, & quod etiam Judex ex officio possit hoc præcipere, & cautionem esse debere pro se, & consanguineis, amicis, & familiaribus, ut hic resolvitur, docent latè Menoch de arbitrariis, cas. 139. & duob. seq. Bernardus Diaz regula. 110. ubi Salzedo plures ampliaciones congessit. Plaza in pitime delict. c. 7. n. 1. Aviles in c. 6. p. rator. n. 8. Barbosa in collect. denuntiamus, ubi quod citatio, & causæ cognitio requiritur, & latissime omnino videndus Farinacius quæst. 107. per totam, ubi omnes difficultates fulsissime prosequitur ad saturitatem, & num. 27. refert plures tenentes quod quis cavere non teneatur nisi pro filiis, aut eis quos in potestate habet, aut pro illis tantum de familia quibus prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, & non pro aliis; Molina de justitia, tom. 4. disput. 41. n. 12. ubi declarat, se intelligere dictam resolutionem, ut tunc procedat quando timeretur quod illi consanguinei, ipsius offensi intuitu, damnum inferrent; si verò timeretur quod aliquis consanguineus inde offensus pro se damnum inferre vellet, tunc ab eo cautio petenda est & non ab eo qui injuriam accepit. à quo ille alius non pender in eodanno inferendos vide, Cevallos q. 34. & Bobadillam in polit. l. 2. c. p. 13. n. 43. & 44. & latius Farinac. in dicta q. 107. ex n. 3. apud quos tractatum invenies an Judex possit cogere partes ad pacem & concordiam? quod utique poterit facere post punitionem, ut constat ex Bobadil. & Farin. & aliis ab eis relatis, & Thoma Sanchez l. 6. consil. cap. 1. n. 15. vide etiam Basil. Pontium de man. lib. 1. c. 20. ubi quod valet pactum ne injurians possit perpetuo ingredi civitatem; de quo etiam alia supra, c. 3. n. 55.

Ad numerum 17. ibi: Sed in eo resolutivo dico, &c.

Cautionem juratoriam sufficere, si non possit fidejussores invenire, ut hic resolvitur, docent Menoch cas. 15. de arbitrariis Aviles in c. 6. p. ratorum, verbo, Pobres, ex n. 6. Gratian. in regul. 464. Gutierrez in l. memo potest n. 294. Ceval. quæst. 846. in fine, & melius quæst. 66. ubi tandem totum hoc Judicis arbitrio relinquit. Molina de juria, tom. 4. disput. 41. n. 12. & latissime ut solet Farin. d. q. 107. ex n. 36. usque ad 44. quem omnino videas q. 13. ex n. 44. Et generaliter quando cautio intelligatur cum fidejussore, vel sine eo, vident si sunt Gregorius in l. 33. tit. 18. d. 3. Gratianus discept. cap. 227. Barbosa latissime in leg. 8. §. inter annos, ff. de soluto matrimonio, l. 1. §. seq. Guzman de evulsionibus, q. 17. n. 14. Farinacius sup. & tom. 1. quæst. 3. num. 43. & seq. Barbosa in colle. Auth. in casu gene. aliter, C. de Episcopis, & Clericis, in fine; & in colle. cap. 9. de restitutione, spoliatorum: n. 6. & 7. & in c. 13. eodem tit. Salgado de protell. 4. p. v. cap. 12. ex n. 91. & de obligato dare talem fidejussorem an impleat dando alium æque idoneum, vel pignora, Guzman d. q. 17. Et an impleat dando fidejussorem extra civitatem? Gratianus discept. c. 230. ex num. 4. &

cap. 229. Fechinus lib. 12. contravers. cap. 63. & iterum Guzman quæst. 2. ex n. 55. & Hermosilla in l. 32. tit. 5. o. §. glossa prima, n. 287. ubi an qui debet dare fidejussorem impleat faciendo cautionem juratoriam? de quibus omnibus vide supra in c. de fidej. sponso.

Ibi: Et ex superioribus potest dehi i, &c. Quod meretrix, seu mulier inhonesta, seu infectus morbo pestilenti potest ejici à vicinia, diximus jam to. 2. c. 3. de locatione, & conduct. & videri potest Farin. in frazmenis, verbo, Meretrix, num. 407. Azevedus in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. numero 28. & seq.

An pro condemnatione injuriæ habeat locum cessio bonorum vide Bæzcam de debito, cap. 16. num. 31. & c. 11. num. 6.

Item an injuriarum actio competat heredi, vel contra heredem? vide omnino D. Francisc. de Amaya in l. 10. Codic. de jur. sibi lib. 10. nu. 14. ubi quod post lris contestationem heredi, & in heredem datur, et l. 1. ff. de i. juris: Et vide supra, cap. 1. num. 85. & Cancerrum varia. num. 3. parte, cap. 11. num. 133. & seq. ubi de virgine deplorata decedente, an transmittat ad heredem jus petendi dorem ab usuratore? & Matienzo l. 7. tit. 10. lib. 5. num. glossa. 5. num. 14.

Item adde quod injuria facta hibernioni, & si milibus personis, non est considerabilis, ut notat Gratianus discept. c. 185. n. 46. ad quod vide de Farinacium quæst. 105. num. 176.

CAPUT VII.

De Crimine Stellionatus.

SUMMARI A.

- 1. Quid sit crimen stellionatus?
2. Variæ ejus species.

Inaliter & postremò adde, quod omnia prædicta delicta publica, vel privata sunt nominata, & specialia. Sed alia reperiuntur delicta, generica, & innominata, quæ comprehenduntur sub nomine, & crimine stellionatus, textus est capitalis & expressus in l. 1. §. p. ratorum, ff. de crim. stellionatus, textus in l. 1. §. p. ratorum, C. eod. tit. & utrobique communiter Doctores, & adde quod dicitur crimen stellionatus ad similitudinem cujusdam animalis stellionis, quod a erat serpens variis coloribus stellatus, & pictus. Sic delictum continet diversa & distincta facta; propter maximam diversitatem doli, quem homines in factis, & negotiis committunt, & committere possunt: ita Odofr. in rub. C. de crimin. stellionat. & ibi communiter alii Doctor. & casus, & exempla in quibus quis committit istud crimen stellionatus, sunt frequentes. Primus est, quando quis rem suam alicui obligavit, vel hypothecavit, & postea scienter non certiorando de tali obligatione, vel hypotheca, sed eam dolose, & cum calliditate dissimulando alteri obligavit, textus est formalis, & expressus in l. 1. ff. de crimine stellionat. & ibi communiter Doctor text. in l. 1. C. eod. tit. quod tamen limita, & intellige, quando specialiter rem obligavit vel hypothecavit prædictis duobus: scilicet verò si generaliter obligavit utrique bona sua, ut communiter fieri solet, quia tunc non iaci-

ADDITIONES.

CAPUT VII.

De Crimine Stellionatus.

SUMMARIUM.

- 1. Doctores referuntur materiam explicantes.
2. Quid sit crimen stellionatus, & an illud committat quis tacite obligationem generalem, & quid de contractu nulli.
3. De aliis modis committendi stellionatum, & de eo qui vendit rem suppositam censui.

MATERIAM criminis stellionatus explicant, præter ordinarius in hoc tit. Cod. & ff. Bollius in prædictis de stellionatus crimine, Menochius de arbitr. cas. 381. Gregor. in l. 10. tit. 1. part. 5. & in l. 7. §. finalis. 16. partia 7. Oualdus ad Donellum lib. 18. cap. 8. Petrus Gregor. in smagm. lib. 39. cap. 3. Tiberius Decianus l. 3. c. 17. Tuschus lit. 5. conclus. 691. per totam, Farinac. quæst. 150. n. 219. & seq. & v. 288. & quæst. 168. num. 16. & in frazmenis, verbo, Credit. & conf. 7. lib. 1. ubi quod non agitur criminaliter quando per actionem civilem, ex contractu potest satisfieri, & consil. 96. numero 19. & sequentibus, & decisio 138. lib. prima, in additione, ubi de vendente rem duobus, & alia; optimè Parlador differentia 132. numer. 4. & 5. & in §. ibidem, Bolanus in Curia Philippica, 2. con. verbo, Hypotheca, num. 16. ubi quomodo purgetur crimen stellionatus, Lafare de gabs. lib. in additionibus ad caput 16. num. 10. ubi quod committeret hoc crimen, si præconizetur majus pretium quam quod revera oblatum est; iterum de hac materia Farinacius quæst. 19. ex numer. 33. & quæst. 26. numer. 28. ubi de fingente se divitem, cum sit pauper, Pradilla de lege panali. 2. parte, c. 7. & cap. 45. num. fin. ubi quod crimen stellionatus committit qui debitum solum iterum perit, Villadiego in politica in forma libellandi in hoc crimine stellionatus, Molina de justitia, tom. 5. disputatione 9. numer. 26. apud quos materiam fulsissime explicatam invenies, & apud Pichard. in §. injuria, Institut. de lege Aquilia, n. 64. ubi explicat in quo consistat natura hujus delicti: Salgado in labyrintho, 1. parte, c. 4. ex n. 98. ubi quod quando materia contractus est ordinata potius ad dolum quam ad nulliter contrahendum, potest agi criminaliter ad penam stellionatus.

Ad num. 1. ibi: Primus est, &c.

Quod crimen stellionatus committat, qui rem prius obligatam specialiter, vel generaliter alteri eam obligavit, tacendo priorem hypothecam præterquam si res sufficeret pro utroque debito, resolvit Gomezius in præfensi, & comprobat Pichardus qui alios refert in manductionibus, parte, §. 4. num. 116. ubi ait crimen stellionatus committi in prædicto casu, si quis bona aliqua vendit, quæ antea sub generali obligatione comprehensa fuerant, alienans ea libera, & vacua vendi, esseque ab omni onere, & obligatione immunia (ut verbis Pichardi utar) vide eum, & Azevedum in l. 2. tit. 15. lib. 5. Recopilationis, & Villadiegum in politica in forma libellandi in criminali, n. 8. verbo, Tes de notar, qui

incidit in aliquod crimen, quia quodammodo esset tollere commercium: ita tener solus Angel. in d. l. C. de crimine stellion. Sed certè, salva ejus pace, ego tenerem contrarium, quia in hypotheca, & aliis actibus ex quibus quaeritur, vel conferretur jus, sicut valet generica dispositio, quoad genus, & ficut particularis, quoad speciem, ut in l. ob ignone, ff. de pign. text. in l. fin. Cod. quæres pign. oblig. pos. ubi fortius probat textus quod generalis est majoris potentia, quam specialis, cum extendatur ad bona futura, in quo ille textus est singularis, & unicus secundum Doctores ibi, quod intellige, quando res non sufficeret pro omnibussecus aliàs, ita l. 7. tit. 16. Carius verò 2. part. Secundus casus & exemplum est, quando quis imposuit majus pretium tritico, vel alteri rei, quam valeret communiter in subhastatione publica, vel quovis alio loco, ut carius aliis venderetur. ita Bartol. in d. l. 1. ff. de crimine stellionat. Tertius casus est, quando quis ostendit alicui aliquam rem alicujus generis, & bonitatis vendendam certo, & determinato pretio, & postea ostendit ei aliam ejusdem generis, sed non æque & similis bonitatis in substantia: textus est in l. 3. vers. sed & si quis, ff. de crimine stellion. & ibi communiter Doctores, & probat prædicta lex par. Quartus casus notabilis & genericus fit quando quis commisit dolum in præjudicium alterius in quolibet actu, vel contractu, quia ultra actionem civilem, quæ datur, & competit parti ac interese, præter totam tit. cum, ff. Cod. de dolo, teneret etiam qui commisit dolum crimine stellionatus, ut penam extraordinariam judicis arbitrio puniatur. Ita probat textus in d. l. ff. de crimine stellion. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alberic. Angel. & communiter Doctores, & idem probat, & disponit lex 7. & 8. tit. 16. 7. part. ubi per te vide alia exempla hujus criminis.

Carius verò 2. part. Secundus casus & exemplum est, quando quis imposuit majus pretium tritico, vel alteri rei, quam valeret communiter in subhastatione publica, vel quovis alio loco, ut carius aliis venderetur. ita Bartol. in d. l. 1. ff. de crimine stellionat.

Nota contra mercatores.

Et adde quod alius casus potest esse quando mulier utitur vestibus masculi, vel è contra ad committendam libidinem coloribus: & jam iste casus mihi cognitus de facto in hac civitate Salmantina in quadam muliere libera; & dicerem, quòd si copula est punibilis aggravatur ex hoc, si verò non est punibilis, puniretur iste excessus; quia respicit dolum in genere & quandam falsitatem, & ita practicitur in hoc regno. Item adde quòd alius casus erit in publico lenone, qui habet curam & custodiam alicujus publicæ meretricis, & acquirit lucra ejus vel partem; nam punitur penâ exilii perpetui, & pro tertâ penâ mortis: ita l. fin. tit. lib. 8. ord. & dicitur meretrix, ut dixi in l. 62. Tauri. *

ANNOTATIONES.

Quod erat serpens variis coloribus? Plin. l. 30. c. 10. vrasum animal læcetæ haud dissimile, & guttis stellis distinctum inquit, cujus etiam Apuleius Apolog. 1. & column. lib. 9. c. 7. meminere, illud instar reliquorum serpentum veluti laum senium exuere in literas mittunt.

Crimen stellionatus quod sit.

Diversi species ejus.